AUGUSTINUS
12. Jh. Seite 15v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



purgari · cum & deorum falsorum iam fallacia monimenta frustrata
sint · & illi incerti dei ueracia promissa certa iam facta sint ·
Desinant ergo dicere mali laudatores xpi · qui nolunt esse xpiani ·
quod xpc non docuerit deos eorum deseri · & simulachra confringi ·
Dns enim isrl de quo predictum est · quod ds uniuerse terre uocabitur ·
& ds uniuerse terre uocatur · hoc per pphas futurum predixit · hoc
per xpm congruo tempore impleuit · Certe enim si iam ds isrl
ds uniuerse terre uocatur · necesse est ut fiat quod uissit quando
quod uissit innotuit · Quia uero per xpm & in xpo innotuit ·
ut ecclia eius per orbem diffunderetur · & per ipsam ds uniuerse terre
uocaretur · paulo superius apud eundem ppham legant qui uolunt ·
immo & commemoretur · neque ita longum est · ut oporteat pretermitti ·
Dicuntur enim multa & de presentia & humilitate & passione
xpi · & corpore eius cui caput est idem de ecclia eius · cum appellatur
tamquam sterilis que non pariebat · per multos enim annos ecclia
que futura erat in omnibus gentibus in filiis hoc est in scis suis non
apparuit · nondum xpo annuntiato per euangelistas eis quibus
non est annuntiatus per pphas · & dr plures filios deserte futuros
quam eius que habet uirum · cum uiri nomine significata est lex
uel rex · quem accepit primus ppls isrl · nec acceperant gentes legem
eo tempore quo ppha loquebatur · neque rex xpianorum adhuc ·
ex quibus tamen gentibus longe fertilior & numerosior scorum
multitudo peruenit · Ita ergo dicit ysaias · incipiens a natiui
tate ab humilitate xpi · & se postea conuertens ad loquendum
de ecclia usque ad eum uersum quem commemorauimus ubi
ait · & qui eruit te ipse ds isrl uniuerse terre uocabitur
Ecce inquit intellectu erit puer meus · & exaltabitur & honori
ficabitur uehementer · Quomodo multi mirabuntur super
te · sic tamen & inhonesta uidebitur ab hominibus species tua · &